

XIV.  
DISPUTATIO THEOLOGICA,  
~~xxii.~~  
VOTO JEPH.  
T H Æ O,

Jud. XI. vers. 30.

ADJUVANTE SPIRITU S. GRATIA,  
P R A E S I D E  
JOH. CONRADO DANNHAW.  
ERO, SS. Theol. Doct. & Profess. ordinario,  
Conventus Ecclesiastici Præside & Capituli  
Thomani Decano,  
Solenniter

IN ACADEMIA ARGENTORATENSI  
examinandam sister

JOHANNES SCHÆVENIUS,

Marsberg. Westphal.

IN AUDITORIO MAIORI.

EDITIO NOVISSIMA prioribus, longè correctior.

ARGENTORATI,  
Literis FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC XC.

F. III. 54

a. XXIV. 14.

II. diss. A  
, 14





## PRO OEMIUM.

Vemadmodum DEI hominumqve hostis acerrimus Sathanas, cœlestem veritatem multis aliis in partibus, affectavit (Tertulliani phrasis utor) emulanter exprimere: Serpentis astutiam mutavit in peniæ dolos: Noachi cataclysmum in diluvium Deucalionis: Simsonem in Herculem τεισέληνον: comam Samsonis in capillitum Ciris; nubem itineris Israëlitici ducem in nimbum Deorum capita ambientein, (quem olim principum quoque ἀπωθέωσι gentilitiam hiantium, adulatio, & hodiè pictorum licentia sanctorum capitibus affinxit, auctoribus Lips. ad lib. 1. Annal. Tac. & Dempster. ad Rosin. Antiqu. Rom. lib 1. pag. 68.) Ita cœlitus mandatam Isaaci immolationem ἀρχαῖος ille ἀιθεωτούλος in crudelem ac homicidam religionem deformavit, & hominum simplicitate abusus immanis atque truculentæ ἀδοξιας exempla inter gentes designavit ipsi crudelitati horrenda. Non repeto Euripidis Iphigeniam, cui mactandæ, ut Isaac aries, cerva fuit succedanea. Non commemoror sacrilegam Chartaginensium barbariem, quos ab im-

A 2

mani

mani àv. Θεωποθυσίᾳ ad cineres usque urbis supremos per-  
 tinaci, adeò revocare non potuit Persarum Rex Darius,  
 apud *Justin. lib. 19.* ut nihil post fervidiū in viscera sua sæ-  
 vierint, nihil morati vel ipsorum Sacerdotum crucifixio-  
 nem, de quā *Tertull. c. 8. Apolog.* Non ascribo quæ A-  
 mericanæ historiæ Scriptores de Mexicanis & præcipue  
 Mechoacanis prodidere, à quibus dæmon, id quod civi-  
 bus fuerat charissimum, sponsas, liberos speciosos in victi-  
 mam sibi cædi postulaverat. Non addo quæ è variis au-  
 toribus de hoc eodem arguento concinnavit *Lactant.*  
*l. 1. de fals. relig. cap. 21.* Illud horrore silentii obsignan-  
 dum non esse censeo, quod in auditionis horrorem resi-  
 gnarunt ipsæ S.literæ, de feralibus in *Molochi* reverentiam  
 parricidiis, quorum in illis creberrima mentio. Lex de  
 sacrilegio tam præcioso tam fenesto vitando extat *Levit. 18.*  
*12. & c. 20. 2.* Quod quale fuerit, & cui Deastrorum sa-  
 crum nondum planè inter interpretes convenit. Rabbi-  
 ni nonnulli apud *Drus. ad loc. Lev. diffic. cap. 62* & *Selden. l. 1.*  
*Syntagm. de Diis Syris cap. 6.* traductos tantum pueros per-  
 ignem contendunt, atque sic illi Deo initiatos & febru-  
 atos. Seldenus vult & mactatos crematosqve fuisse, per-  
 fusatius seqventibus testimoniis *Psalm. 106. 37.* *2. Reg. 16. 3.* si  
 conferas *Joseph. l. 9. Antiq. cap. 12.* *Jer. 7. 31. cap. 19. 5.* *Ezech.*  
*16. 20. cap. 23. 37.* *Sap. 14. 23. cap. 12. 5. & 6.* *Paulus Fagius Mo-*  
*lochi* idolum concavum facit, eqve septem conclavebus  
 constituit, Seleno tamen non satisfacit. *B. Lutherus Ly-*  
*ranum* secutus in gloss. ad *Jerem. 7. vers. 31.* ritum illum his  
 verbis depingit: Der Abgott Moloch / war ein ehern  
 Bild / inwendig voller Glut / dem sie ihre Kinder in die  
 Arme legeten / und verbrannten / und die Priester mit  
 Pa...  
 Pa...

56 : (5.):

Pauken und Schellen klungen / daß die Eltern der Kinder Geschrei nicht hören solten / & ibid. Also mag Tophet ein Drummel-Haus oder Drummel-Kirche heißen sc̄. *Oecumen. in Act. 7.* hunc Molochum putat fuisse Mercurium, Cajetanus Priapum, plerique Saturnum illum *τεκνοφάγον*. Adeant Seldenum, qui majores sitiunt crateres. Hujusmodi κακοζηλία, sacrificii Abrahamici, ut Diabolo disseminatore in gentilismum propagata fuit, ita dolendum est ad populum Dei, immo Christianum quoque eandem diuina esse. Pudet ipsum Cornel. à Lapide in *Comm. ad cap. 22. Genes. ejus*, quod Cassianus memorat lib. 4. cap. 27. & 28. de Abbatis Mutil obedientiā, cuius (verba sunt Cornelii,) ardore cæcus, filium octennem ex mandato suis senioris in profluentem abjicere voluit, & addit Cassianus hoc institutum Deo sic placuisse, ut continuo seniori revealatum fuerit, hanc enim obedientiā Abraham Patriarchæ opus implevisse. Vix dubium est, Jephtham fortissimum Judicem & belli sacri fulmen, Abrahamum in admirando illo fidei experimento, imitari voluisse, cum filiam tanquam victoriæ precium, victimam Deo fecit. Scelestum illud votum fuit, scelestior executio. De quo facto Jephthæ cum constitutum nobis sit nonnihil differere, verba ipsa Textus primū, unā cum variis paraphrasibus exhibebimus.

## JUDICUM XI. vers. 30.

וַיְדַר וַיִּפְתַּח נֶרֶר לֵיהוֹה: וַיֹּאמֶר אֶפְנָתָן תַּתִּן אֶרְצָבָנָע עַמּוֹן בִּירֵי: וְהַזָּה הַיּוֹצֵא אֲשֶׁר יֵצֵא מִלְחָמִי בֵּיתִי לְקַרְאָתוֹ בְּשׂוּבִי כְּשַׁלּוּבָם מַבְנֵי עַמּוֹן יְהִי לוֹ הַוּהָרָעַלְיָה תְּיוֹהוֹ עַלְוָה:

**LXX. Interpret.**

Καὶ ἦν ξέπιστος Ιεφθὰ ἐυχὴν τῷ Κυρίῳ, καὶ εἶπεν. Εἰὰν παραδίσεις αὐτῷ σφέδες μοὶ τὸν υἱόν μου μάρτυραν ἐν τῇ χειρὶ με. Καὶ ἔσαι, δικτυορευσμένον ὃς ἀν ξέλθη ἐκ τῶν θυρῶν τοῦ οἴκου μου, εἰς αὐτούς τοὺς οἴκους μου ἐν τῷ θηριεύσας με ἐν εἰρήνῃ διπλά τῶν υἱῶν, Αμμοῦν, καὶ ἔσαι τῷ Κυρίῳ, αὐτοῖσαν αὐτὸν ὄλονταί γε μα.

**Vatablus.**

Votum vovit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas: quicunque primus fuerit egreditus de foribus domus meæ, mihiique occurrerit revertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.

**Tremell. Junius, Piscator.**

Vovens autem Jiphtach votum Jehovæ dixit, cum omnino tradideris Hammonitas in manum meam. Utique erit, quodcunque primum egredietur foribus domus meæ obviam mihi, quando revertar cum pace ab Hammonitis, erit inquam Jehovæ, aut offeram illud holocaustum.

**B. Ariemontanus.**

Vovitq; Jiphtach votum Domino, & ait: si dando dederis filios Hammon in manu meâ: & erit egrediens, quod egressum fuerit è foribus domus meæ in occursum meum, in redeundo me in pace à filiis Hammon, & erit Domino, & ascendere faciam illud ascensionem.

**Versio Vulgata.**

Votum vovit Domino, dicens: si tradideris filios Ammon in manus meas: quicunque primus fuerit egreditus de foribus domus meæ, mihiique occurrerit revertenti cum

58 : (7) : 59

cum pacē à filiis Ammon , eum holocaustum offeram  
Domino.

*B. Lutherus.*

Und Jephthach gelobet dem HERRN ein Gesubd / und sprach: Gibst du die Kinder Ammon in meine Hand / was zu meiner Hausthür heraus mir entgegen gehet / wann ich mit Frieden wiederkomme von den Kindern Ammon / das sol des HERRN seyn / und wils zum Brand-Opfer opfern.

**TRACTATIO.**

§. I. Cūm Votum sit Ens Relativum , justam nos εἰνομοιαν instructuros arbitramur , si de relationis hujus primum Subjecto , deinde Termino , denique Fundamento utriusque egerimūs.

**SUBJECTUM, JEPHTAH VOVENS.**

§. 2. Is , qui votum edidit , fuit I. Ratione nominis JEPHTAH. Hebraicè יְפַתָּח , id est , aperiet : oppidi cognominis fit mentio Jos. 15. 43. Ominosum nomen. Erat enim Jephthah cum seras captivitatis , tūm libertatis januam reseraturus , ipse tyrannidis Ammoniticæ obex. II. Ratione generis Galaadites , & consequenter Manassæus Jos. 17. 1. διὰ Ἰνὸν παλεῶν αἰγεῖν , verbasunt Josephi , δυνάσ . III. Ratione Matris , δι' ἐρωτικὸν οἰνοθυμιαν ) iterum Josephi verbis utor è l.s. antiqu. c. 9.) ἐπαχθείσης ὑπὸ τῷ παλεῷ , erat בְּנֵי אַשְׁרִז זֹנֶה νιὸς γυναικὸς πόευνς , LXX. ein Huren- Kind / Luth. IV. Ratione qualitatum animi δυνάσ . ev. iox vii ein streitbarer Held. V. Ratione fortunæ , laribus manu publicâ , ut colligere est è v. 7. expulsus , extorris

— 6 : ( 8 ) : —

Norris aliquandiu vitam egerat in terrâ Tob, deinde variante sortium urnâ (cum Tertulliano loquar) non sine occultis divinæ providentiaæ fidiculis revocatus princeps & caput Galaaditarum factus est, ut gente Ammonitica tanquam cote ferrum virtutis suæ acueret.

## TERMINUS VOTI, JEHOVAH.

§. 3. *Terminus votivæ relationis* est Is, cui vobatur, JEHOVAH יהוה εσαί τῷ Κυριῷ. Erit Dominus Ariæm. *Das sol des Herrn seyn.* Luth. Jehovah nomen Dei proprium & incommunicabile, à nuncupatione votivâ excludit omnes Creaturas, Deastros gentilium, & Divos nostrorum Hagiolarum. *Solus namq; Jehovah est cui legitimè vota dedicanda sunt,* id quod confirmatur *I. ex Scripturis Sacris Deut. 23, 21. Ps. 76. 12. Esa. 19, 21.* Nuspian illæ Creaturas ne sanctissimas quidem terminum votivæ consecrationis constituunt; nisi tibicinem supponat μυστηρίων illa vulgata versio Proverb. 20, 25. quem tamen supplantavere Sixtin. Amam. lib. 3. antib. pag. 926. & Ribetus in Genes. Exerc. 125. II. *Ex sanâ ratione.* Is enim cui promittitur, debet esse promissionis liberè acceptans, ut paulò inferius demonstrabimus. At acceptans liberè non est, qui rei devotæ est inscius, qualis quidem est sanctus defunctus.

§. 4. Inconstanter in termino votivo, ut alibi, fluctuant Romanenses. Convenit inter illos votum esse cultum religiosum, quâ Deo & ejus sanctis servit, sanctis autem non quâ hominibus, sed quâ amicis Dei & Diis participativè. *Dere, ait, Dominus à Soto l. 7. de just. & jur. q. 2, art. 3. nemo besitat, modus latet, quem triplicem fingit Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 5. num. 27.* Tres præcipue opiniones  
in illis

in illis scholis natitarunt. I. Votum e. g. manus cereæ pro restitutâ manu, muncupatum alicui sanctorum esse latriam propriè dictam, & eadem ratione fieri votum Deo & Sanctis. Ita Cajetan. in Thom. 2. q. 88. art. 5. II. Votum exhiberi formaliter Deo sub ratione voti: Sanctis solum materialiter, sub ratione promissionis nudæ, quasi dicat Hagiolatra, ego promitto B. Virgin i calicem, id est, promitto Deo, me præstiturum quod virginis promisi. III. Votum esse cultum religiosum, sed non latriam. Vota, ait, Bellarm. l. 2 de monach. cap. 14. verè fiunt sanctis, sed ut sancti sunt, id est, ut excellentissimo modo participant Dei naturam & gloriam, sed non eadem ratione fit votum Deo & Sanctis. Deo (l. 3. de sanct. beat. cap. 9.) promittitur in signum gratitudinis erga primum principium, & proinde illa promissio est cultus latriæ: at sanctis promittitur aliquid in signum gratitudinis erga mediatores & intercessores.

§. 5. Nobis semel definitum est votum terminari ad solum DE U M. Negamus igitur 1. religiosum cultum esse, quo sanctis vovetur, quia est ~~id est ab genouia~~; 2. voveri sanctis ut amicis Dei: nam eadem ratione posset dicere Uxor Marito se amare alium virum, non quâ virum simpliciter, sed quâ amicum Mariti. 3. voveri debere iisdem ut Diis participativè, sic enim sequeretur, quod absurdissimè Marsennus concessit apud Sixtin. Am. pag. 290. quemlibet hominem ut imaginem DEI posse religiosè coli.

§. 6. Negamus deinde esse latriam, votum in sanctos terminatum. Etenim exhibebitur illis aut primò & ~~secundò~~ aut secundariò propter Deum. Si illud, jam in-

ter Deum & sanctam nihil intererit. Stulte utrum magis est? donum? an altare quod sanctificat donum Matth. 23, 19. Sanctus? an Deus sanctificans? Si hoc, non erit latria. Ut tamure enim telo ipsius Bellarmini l. 2. de imag. sanct. cap. 4. §. dicit aliquis. De essentia vera latriæ est exhiberi propter se: latria enim dicitur summus cultus, qui debetur vero Deo, ut primo principio omnium rerum. Implicit autem contradictionem exhiberi summum cultum primo principio & propter aliud. Nam si primo principio, non ergo propter aliud. Si propter aliud, non primo principio.

§. 7. Negamus tertio ex praxi, votum exhiberi i Deo formaliter, B. Virginis materialiter. Nam usus invocandi sanctos, ait, Dominicus auct. l. supra cit. aliam praeter rationem profert. Hanc enim cum quis vovet virginis, aut D. Petro, aut D. Jacobo peregrinationem vovet formaliter Deo talem honorem Divino exhibendum. Non inquam hoc pacto vovet, quoniam religiosus, dum ait, preposito, voveo Deo quod ero tibi obediens; sed voveo virginis & voveo Petro. Quin etiam religiosi uniuersi cum Deo componunt sanctos, dicentes, promitto obedientiam & B. Virginis & B. Dominico. Negamus quartò Sanctis voveri posse religiosè, quemcunque tandem modum commiscaris, ob rationes §. 5. redditas.

## FUNDAMENTUM VOTI JEPHTÆI

### I. ex parte acceptantis.

§. 8. Fundamentum cui relatio votiva inititur, aliud est ex parte ejus qui vovet, aliud ex parte ejus cui vovetur. De hoc prius de illo mox. Ex parte itaque ejus. Qui vovetur, requiritur, ut in omni promissione acceptatio.

( II. )

ratio. Absque hac fuerit, tam promissio facta non est; quam  
comitio nulla est sine venditione. Requirit hoc ipsum in  
rete non dissimili lex divina *Leu. 19.5.* quam hunc in modum  
reddidit B. Lutherus. *Wann ihr dem HERRN*  
*wolt Dank-Offer thun / so sollt ihr opfern / das ihm*  
*gefallen konte. Das ist / nichts / wie Ers gebeut /*  
*nicht wie es euch dünket oder gefället nach eigener An-*  
*dacht / ic.* Eqvidem in Hebræo habetur **לְצִכּוּר**  
*δευτερούμενον* LXX. ut sit placabilis. Vatabl. ad voluntatem  
vestram Ariæm. pro voluntate vestrâ Tremell. Nobis  
tamen religio est à B. Lutheri versione hic discedere, adju-  
tis præsertim illo Canone, quem Cornel. à Lapid. obser-  
vavit can. 25. in pentateuch. *Hebræi nomina nunc activè*  
*nunc passivè accipiunt.* Ut timor dicitur tam is quod ti-  
memus, quam is, qui timetur, *Genes. 31. 42.* Jam votum  
Jephthæum ex parte termini sui nullum est, quia verum  
non est acceptari à Deo cultum, qui scelere adimpletur,  
ūd, quod mox demonstrabitur.

## DE FUNDAMENTO

*ex parte ejus qui votum.*

### I. Ratione Causæ impulsivæ ac effi- cientis.

§. 9. Causa impellens voti Jephthæi fuit hinc Ze-  
nus vindicandæ justitiæ & asserendæ libertatis, illinc metus  
periculi quod imminebat. Prælium ille antequam con-  
sereret, pacem maluit prudenter: cùm non tam *Ciceronis*,  
quām ipsius justitiæ vox sit, ad alterum illud disceptandi ge-  
nus, quod est per vim tūm demūm configiendum, si ut priori,  
quod est per sequestram disceptionem non possis. Du-  
plici

46 : ( 12. ) : 46

plici igitur legatione ad Regem hostem missā, percontatur primū causam belli, & cum injustam accepisset, prudenti apologiā crimen à se, Dei iudicium contestatus, in hostem transcribit. Obtentui ducebat hostis antiquam & pñē oblivione consopitam injuriam; eam refellit Jephite, tanquam *πρόφασιν* 1. falsam, confer Deut. 2. 19. 17. 2. contradictionem, si argumentatus. Quæ quis habet à Deo suo ea justè possidet. Id si verum est: vicerunt Israëlitæ, quorum felicitatem divinis auspicijs fulgentem, regiones, quas possederant, ultrò secutæ sunt. Si falsum, cecidit causa Ammonita, ut qui sub sceptro suo videat terras vectigales, quas in justè possideat. 3. iniquam & vaniloquam, utpote quæ invadat jus longâ temporis præscriptione immunitum. Ita Tacitus lib. 6. Annal. veteres, scribit, Persarum ac Macedonum terminos & possessa Cyro & Alexandro per vaniloquentiam reposcebat Ariabanus Parthorum Rex à Tiberio. Consulendus h̄ic Hugo Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. cap. 4. n. 2. Denique cum fabulam surdo, & jocum mortuo dixisset, ad novissima descendit, & votum emittit, de quo nostra dissertatio instituta est.

§. 10. Id h̄ic, antequam ad alia progrediamur despiciendum est, an causa impellens, adeoque auctor hujus voti fuerit *Spiritus Sanctus?* Largiamur primū permissione divinā votum hoc editum, directā, si Augustino credimus quæst. 49. in b. l. ad populi sui παιδαγογία, significantem sic Deum diligere humanum genus, ut (quod Jephite fecerat) unigenitum filium sit morti traditurus. nullam fuisse aut immanitatem aut humani sanguinis delectationem, quam blasphemè Deo Manichæi imputarunt, teste August. loc. cit. si vel maxime impulisset Jephite.

tamen

tam ad concipiendum votum de immolatione filiae. Quia ipse ut Dominus (non solum custos, quod Magistratus non men est) vita absolute jure, etiam innocentissimum hominem planè in nihilum redigere, nedium vitâ privare potest. Quia 2. ut *Judex* de stipendio peccati morte ejus speciebus ac instrumentis sic disponere potest, ut eam per quemcunque libuerit, irrogare, eumque à communi legge, de homicidio, individuali dispensatione, eximere queat. Est equidem homicidium, in genere moris, ut loquuntur Scholastici, peccatum. Sed si Deus juberet, non esset homicidium in genere moris. Non solvere quod debes, culpa est, sed si creditor, quod debuisti, acceptum fert, jam non amplius debes.

§. 11. Cæterum, ut ista largimur, ita accepimus illam, quam Serarius q. 17. in cap. 11. *Jud.* pag. 239. nostræ sententiæ substernit Κωνσταντίνος. Cum avθρωποθυσία sit per se vetita, & cum Dei natura pugnet legibus eam suscipere vovere aut velle nemo potest, nisi adeam certo minimeq; dubio inspiratu divinitus invitetur. Atqui vero, Hipponensis iterum Episcopi verba sunt, Abraham Verbum Dei habuit, Jephthah non habuit, quanquam idem pater de hoc argumento dubitanter sentiat l. 1. de C. D. c. 21.

§. 12. Dices, habuisse verbum Dei, fuisse divinitus instinctum idque colligi 1. Ex eventu. Victoria consecuta, fuit à Deo. Ergo ad medium ab eodem fuit principio, cum verba ita sonent, ut intelligatur id ipsum à Deo factum, quod Jephthæ rogaverat. 2. Ex populi universi & fisci intellectu, quæ sic judicavit voto Jephthæo victoriam esse acceptam ferendam v. 36. 3. Ex officio collati Spiritus, qui non tantum fuit Spiritus fortitudinis, sed & religionis

145. 78

& cultus pii Deoque grati excitandi auctor, cum sit idem  
ille, qui fuit in Gedeone & Othoniele, hinc argumentum.  
Spiritus pietatis non potest consistere cum voto impio.  
Spiritus Jephætæus fuit Spiritus pietatis. Ergò 4. ex ab-  
surditate. Quia alias iste Spiritus fuisset otiosus, neque  
præclarum quid yalde gessisset. Nam aut solius transitus  
causa fuit aut victoriæ. Si illius, quid id magni fuisset?  
Si hujus, merito etiam existimandus causa ejus fuisse, quod  
inter transitum & victoriam interponitur. §. E Scripturæ S.  
testimonio. Jephætæus nuspam in Scripturis temeritati accu-  
satur, sed potius ob fidem commendatur. 1. Sam. 12. II.  
Hebr. 1.32. Jam quod ex fide factum est, auctorem habet  
Sp. S. hæc Serrarius.

§. 13. Quæ ut sunt soluta facilia, ita respondemus  
ad I. nondum liquidò constare, votum illud fuisse me-  
dium victoriæ. Nam si יְהוָה in sensu plusquamperfecto ex-  
pones, uti quidem exponi posse, ille ipse Jesuita, qui cum  
nobis res est, fatetur, quest. 13. Jam non medium victo-  
riæ, sed antecedens ipsius illa ipsi Spiritus fuerit, retrotra-  
hendum ad vers. II. Hanc, si quæ esset, plagam potius ac-  
cepero quam ut dicam augusto illi gloriosæ victoriæ tem-  
plo aditum divinitus per parricidalem januam perstru-  
ctam. Confer quæ ad similem præteriti Hebræi expositi-  
onem in voce בְּרֵבִים Genes. 2, 2. annotavit post Sixt. Am. l. 2.  
pag. 305. Rivetus Exerc. in Gen. 12. sit verò simplicius, ut lo-  
quitur Serrarius, & textui convenientius interponere vo-  
tum irradiationi spiritus & victoriæ, respondebit tamen  
non solum Martyr. pag. 140. comm. h. l. sæpè post peccatum  
commissum consecutam victoriam, Davidem post adulte-  
riū cepisse Urbē Rabbath Ammon: Aaronem postquam de-  
liquis-

(15.)

I*sequisset* Num. 20. 21. *vicisse* Num. 20. 21. *sed etiam par Ser-*  
*vari* *Domin.* à *Soto* l. 6. *de just.* & *jur. quæst.* 2. p. m. 224. art. 3.  
*Quod in historiâ præmittitur, videlicet Spiritus S. factus est*  
*super Jephte, neque ad voti emissionem neque ad ejus solu-*  
*tionem est referendum, sed ad id, quod divino zelo animatus*  
*Ammonitas Dei hostes adortus est.. Fuerit igitur hoc vo-*  
*tum medium victoriæ antecedens, non causale & impe-*  
*trans. Ad II. hanc esse superstitionis naturam, ut eventus*  
*ascribat causæ ut causæ, pluviam monacho proficisci enti.*  
*autoxœgia ventum in usitatus sœvientem, quam in populo*  
*muper Idololatrico, in puella vix ratione, nedum volun-*  
*tatis divinæ cognitione satis imbutâ facilius reperias, qvā*  
*nobis contrarium persuadeas, qui ad legem & testimo-*  
*nium provocamus.. Ad III. Chaldeum paraphrasten hunc*  
*locum exponere de Ruach geburetha sive de spiritu forti-*  
*tudinis: qvem si ad spiritum religionis etiam extendas,*  
*nullis id nostris ingratia facies, neque tamen qvicq; vni*  
*obtinebis.. Velenim donum administrans intelliges vel*  
*sancificans. Si illud, potuit illud, tam stare cum facto*  
*impio, qvām stetit cum simulatione Jēhu, qvem Scriptura*  
*Sacra asserit & fraudulenter & studiosè egisse 2. Reg. 10. il-*  
*lud, qvia simulavit, hoc, qvia idololatriam Baaliticam ex-*  
*tirpavit. Si hoc, tam iterum consistere potuit cum pec-*  
*cato inadvertentia ac imprudentia, qvām potuit cum po-*  
*lygamiâ in sanctissimis patribus. Exemplum Gedeonis*  
*causam prodit non juvat, qvem constat per εθελοθρησιαν*  
*Ephodem apparasse.. Ad IV. non leve quid fuisse aut exi-*  
*giuum, heroicam fortitudinem & infelicitatem incredibi-*  
*lem, qvibus donis Jephtham Spir. S. ornavit: non deinde*  
*sequi, si Spiritus causa fuit transitus & victoriae, ut etiam*  
inter-

interjacentis medii auctor extiterit, cum vix tam justum bellum esse possit, tam felix victoria, quam non comitata fuerint nonnulla, quorum justitiae illum πάρεσθεν ( apud Platon. l. 12. de LL.) pudorem non pigeat. Nihil honestius, quam innocentibus parcere, quos σὺ οἰδίκημα ἀλλ' αὐτούχημα in belli fortunam conjectit. Atqui verò in justissimis etiam bellis, sèpè innocentes juxta cadunt, ad V. In loco Samuelis non tam judices, quam Deum ob miraculosas liberationes laudari: adde limitationem à Syracide cap. 46, 13. οσων (quorum & quatenus) σὺ εἰς τὸ όρνευσεν ή μαρδία, ηγὶ οσοι σὺν απίστραφησαν απὸ κυρίου. In Epistolâ ad Hebræos fides Jephæ commendatur, non quâ, quod voverat, servavit, sed quâ in Deum relatâ nixus potentissimum hostem aggressus est. Juvat ascribere verba Corn. à Lap. in h. L. ex Chrysost. Theoph. & Abulensi collecta, nota secundò Apostolum hic propriè & primariò non texere catalogum Sanctorum V. T. sed tantum laudare & proferre heroes fidei, qui per fidem heroicam opera ediderunt. Nam alioqui constat Jephæ larocino, Samsonem & Rahab fornicatione, alios aliter peccasse. Si inoffensum à virtutis ( ait Ambros. Apol. Dav. l. 2.) inter tot lubrica hujus seculi curriculunz periegissent, de dissenti nobis occasionem infirmioribus existimandi eos cujusdam sanctioris & divine naturæ fuisse.

S. 14. Ad causam efficientem porrò etiam pertinent illa ut communia actionum humanarum, ita etiam promissionis votivæ principia, potestas, scientia, voluntas. Potestas hic juris intelligitur, cur opponitur impotentia ejus, quem leges aut vovere aut certè irrevocabiliter vovere prohibent, e.g. puella marita Num. 30. Quo in loco Cornel. à Lap. è parte noster est, quâ per puellam omnem

omnem virginem , puberem æqvè ac impuberem nondum nuptui datam intelligit , idq; ve recte . Fac enim Patrem non posse in irritum revocare vota filiae jam maturæ , tūm minorem potestatem habebit qvām gener , & plus in eum contulerit , qvām habuerat , poterat enim maritus quod Uxor voverat retractare . Dissentit illa parte , qvā negat legem hanc nisi ipsō naturæ jure , esse merē positivam , ceremonialem aut forensem : veretur enim ne quis Pater ē cœnobio filiam revocet , aut refigat illud Papale decretum , cum puella in raptum consenserit , non posse videri raptam .

§. 15. Alterum principium est *scientia intellectus* , tanquam consiliarii , illi opponitur , quæ multiplex est , ignorantia & dolus . Nam hic quoque si dederit causam actui e.g. si votum non concepisses nisi fraus intervenisset , scientiam oppugnat . Scientiæ hujus actus est delibera-  
tio , qvam in votis omnes reqvirunt . Sed hoc insuper queritur , an plena liberatio sit ad votum necessaria ? Lessius respondet l. supra cit. dub. 1. qui aliquid vovit , is si post votum se aliquid aperiat , qvod antea latebat , vel quid novi eveniat , quod ille suo voto prudentum judicio non videatur voluisse comprehendere , ad illud non tenetur , ut si vovisses peregrinationem , interea viæ redditæ essent infestæ latronibus . Annihilat igitur Lessius votum quod à plena deliberatione profectum non est . Domin. à Soto l. 7. qvæst. 1. art. 2. p. m. 220. ait deliberationem bifariam intellegi posse 1. ut opponitur sub reptioni motui scilicet substanteo . 2. quatenus nihil quod deliberari poterat omittitur : hanc posteriorem negat esse necessariam : ratio : quia labores & difficultates , quæ sunt in religione nunquam fa-

C

cis

48: (18: )

dis-citra experientiam percipiuntur. Quare si cuncta es-  
sent perpendenda, nullum simplex votum religionis citra  
rei experientiam obligaret.

§. 16. Tertium vovendi principium est voluntatis  
tanquam reginæ actionum, *liberum exsitor*. Cui metus  
& violentia opponitur. *Metus* ratione subjecti, vel is est,  
quietiam in constantem virum (de quo *Arnise*. l.3, de jur.  
connub. cap.3. l.9. num.15.) caderet, si scilicet periculum sit  
*ὑπὲρ ἀνθρώπου*, vel qui inconstantem ac effeminatum  
tantum percellit. *Violentia* vel *Physica* est vel *legalis*. Il-  
la actum imperatum & loco motivam cogit, hæc ut in ul-  
tro volentes & quasi condescendentes in actionem impe-  
ratam vim non exercet, ita repugnante in affectum vio-  
lenter cogit cum iniqua est. Utriusque coactionis ex-  
emplum annotavit *B. Luther*: Tom.2. Jen. germ. pag.381.  
*in relatione ad Comites Mansfeld*. *de Florentinâ ab Ober-*  
*weyman moniali*. Ubi inter alia hæc adjicit: Ich sags  
abermal / **GOTT** wil nicht gezwungen Dienst ha-  
ben / Ich sags zum dritten mahl / Ich sags hundert  
tausend mahl / **GOTT** wil kein gezwungen Dienst  
haben.

§. 17. Ad votum nostrum Jephitæum. hæc ut appli-  
cemus, fuit illud quidem profectum ab homine potestate  
vovendi prædicto, fuit etiam *exsitor* & liberrimè conce-  
ptum, sed imprudenter, quæ imprudentia ut vero simile  
est ignorantia fuit rei non plenè satis deliberatæ, antece-  
dens voluntatem, causa voti quod editurus non fuisset si  
singulas animo perpendisset circumstantias, attestante la-  
mentatione secutâ. Causa autem voti per accidens, ut  
**absentia naucleri, naufragii**.

funz.

(-19.)

## FUNDAMENTUM VOTI JEPHTHÆI ex parte materiæ seu objecti.

§. 18. Quod Materiam voti in universum attinet, de eo inter omnes convenit, *Voti materiam non esse vel Rem aut naturaliter necessariam aut impossibilem.* Stupidus enim esset, ait Dom. à Soto, qui se voveret aut aliquando aut nunquam moriturum. Cæterum possibile aliquid dicitur bifariam, velut præstes, vel ut etiam sit in potestate tuâ. Fieri namque potest ut aliquid præstes, quod tamen non sit in tuâ potestate, ut donarium è re non tuâ. Non illud solum possibile hic requiritur, sed & alterum, idq;ve ex præscripto legis divinæ, quæ non vult Deo voveri, quod monstrum non est, utpote immolationem primogeniturae Num. 18.17. Eadem vult in voto pauperis æstimari, quantum ille posset reddere Lev. 27, 8. Utrovis modo impossibile est votum nunquam peccandi, quia & præstare non potes, & actuum tuorum Dominus non es. Hinc sequitur liberrima Dei dona, Deo litarinon posse, quale omnino est votum perpetuæ virginitatis, quam frustra sis si divino auxilio nixus fastuosè præsuinas. Id enim est propriè tentare Deum, in re aliquâ suscipiendâ niti auxilio divino speciali, quale ipse non promiserat. Æquè impium est intuitu misericordiæ divinæ peccare, ac intuitu potentiaæ divinæ contra naturam niti. Hinc B. Lutherus Tom. 2. Jen. germ. in epist. ad Leonh. Koppen pag. 231. scribit: Unmöglich ist/ daß die Gabe der Keuschheit so gemein sei/ als die Klöster sind / & paulò post, dein ists nicht / Jungfrau seyn / wider eingesetzte Natur/ sondern wie Paulus sagt 1. Cor. 7. Es ist eine Gottes Gab. Wie

C 2

ich

ich mir keine Gottes Gab kan geloben / so kan ich auch  
keine Keuschheit geloben / & ibid. Sonst / wann un-  
möglich Gelübd gülte / so möchtest du wohl geloben ei-  
ne Mutter Gottes zu werden / Vide Dn D. Gerhard. tom.  
de conjug. §. 494. 524. & suffragia patrum §. 538.

§. 19. *Liquet deinde materiam voti non esse rem per se malam ac illicitam, cujusmodi fuit illud Judæorum votum Actor. 23. 12. qui se, ut Decii pro patriâ, pro superstitione, fami mortique devoverunt. Ideò enim noluit Dominus offerri mercedem prostibuli & pretium canis, id est, cinædi (ut rectè observavit Taubm. ad Cirio. vers. 69. cui addantur licet, quæ de canis appellatione notavit Laur. Ramirez. ad l. 4. Mart. epig. 53.) Deut. 23. 18. etiamsi voto nuncupatum esset. Erat enim merces ista res per se illicta, quicquid tandem oportebat turpissimæ rei patroni non puriores Azorius l. 3. instit. moral. cap. 21. Greg. de Valent. tom. 3. disp. 5. quæst. 6. quorum sententiae cum solide explanaverit D. Meisn. part. 3. Philos. Sobr. s. i. cap. 6. quæst. 3. non opus est actum agere: ut nec illud hic explicandum arbitramur, turpiterne faciat solum meretrix, quod sit meretrix, annon etiam turpiter accipiat, cum sit meretrix. Viderint de lege 4. §. sed & quod meretrici si de condicte ob turpem causam id unicè agunt. Constat III. Materiam voti non esse rem indifferentem, quia 1. quod licitum est voto impediri non debet, quæratio est D. Baldwin. l. 2. de cas. consc. cap. 8. cas. 6. quia 2. nemo promittit alteri, quod novit ei gratum non fore: Deo autem gratum non est, nisi quod per se bonum est. Beccan. in opusc. de vot. q. 4. voveris e. g. te nunquam ingressurum domum Petri, id fieri non magis Deo gratum est, quam omitti. Less. dub. 7. §.*

40. IV. certum est, materiam voti non esse rem vanam, les-  
diculam, ineptam, quia non solum res invisa Deo litanda  
non est, sed nec res in accepta, utpote ad ejusdem gloriam  
religiosè non faciens, *Dom. à Soto l. cit.* Hujusmodi sunt  
vota de pariete non aspiciendo, aut quod à Francisco fa-  
ctum memoratur, de pediculis ex veste in sinum reponen-  
dis, formicis in viâ colligendis, ne pedibus ambulantium  
contrectarentur.

§. 20. Duo potissimum hîc disceptantur, 1. an votū  
materia possit esse majoris boni impedimentum? 2. an præ-  
ceptum? primum negant Pontificiū communiter & o-  
mnium quasi calamo *Bellar. l. 2. de monach. cap. 14.* §. ex  
quo perspicuum. Ratio illorum hæc est, quia votum  
semper debet esse rei melioris quam oppositi: ut, cum  
melius sit dare elemosynam, quam non dare, illud voto  
sponderi potest non item hoc, quia tale votum remotam  
injiceret bono majori. Huc refert etiam *Leff. l. 2. cap. 40.*  
dub. 7. §. 45. votum de non amplius concipiendo voto.  
Atque hinc illi probant, matrimonium absolutē voto pro-  
missum non esse validum, etiam si qui vovit continere  
non possit, quia impedit majus bonum, cælibatum, *Be-  
zan. q. 4. §. 5.* Nobis ut verum est majoris boni impedi-  
mentum perperam voveri, non tam ex illâ ratione, quam  
Jesuitæ afferunt, quam ex ipsius Salvatoris nostri effato  
*Matth. 15. 5. Marc. 7. 12.* Qvi locus incompletam habet  
sententiam, fortassis, ut opinatur *Beza in not. ad h. l.* quia  
Christus voluit ipsa traditionis verba recitare: in quo ci-  
tationis genere prætermitti non raro solent, quæ sunt o-  
mnibus nota, sicut JCti particulam legis proferunt, lecto-  
res ad totam legem inspiciendam allegantes. Ideò sup-

plementum addidere interpretes ex Matth. 12.5. ἀνοίτιος εἴσαι  
ānōcens est, velerit, legi de honorandis parentib⁹ satis-  
fecit. Loci ipsius, sententia vel est 1. *activa*, δῶρον ὃ σὰν οἱ  
εὑπόθελητοι h.s. q̄ vicunq; dixerit munus, q̄ vodcunq; est ex me, tibi proderit, q.d. (verba sunt B. Luth. in gloss.  
marg.) lieber Vater / ich gebe dir's gern / aber es ist  
corban, Ich lege es besser an/dah̄ ichs Gott gebe/dam⁹  
dir / und hilfft dich auch besser / vel 2. *Passiva*. Munus  
est, q̄ vodcunq; à me juvari posses. Est enim ὁ Φελεῖθας τὸ  
ἐκ τοῦτος juvari à q̄ opiam re aliquid, q.d. jam dum Deo con-  
secratum est, quo tuæ inopiæ subvenire potuisse. Et sic  
non male conferas cum *Martinio in Lex.* istam formulam  
*deprecatoriam*, cum nostrā illā vernaculā Gott helfff  
dir/ vel 3. *Interrogativa*. Munus, q̄ vodcunq; est ex me,  
tibi proderit id est, ut exponit *Maldon.* in h.l.an sit ibidem,  
quod Deo consecrare destinavi prodeſſe tibi poterit? minime,  
q̄vin potius obeffet, qui arebus sacris abuterere, vel 4. ὁριζι-  
κῶς, q.d. munus si à me juvaberis, id est, juro per munus  
(qvalia juramenta usitata Matth. 23.16.) fore ut nunquam  
à me juveris. Ex Philone traditionem habent, qvi usitatam  
apud Judæos fuisse εὐχὴν ὁ Φελεῖας seu votum beneficentie  
prodidere. Verba Philonis hæc sunt: Εἰσὶ δὲ οἱ τὴν Φύσιον  
ἀμικτούς ηγέρουντος δι' ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγούστες,  
ἢ καὶ ὑπ' οργῆς ὑια χαλεπῆς δεσποίνης ἐνβιαθέντες, ἔχω τὴν  
αἰγειότητα πατέντας τῶν ήθῶν, οἵτινες δὲ Φασὶν ὅμολεπτοι, ἢ  
ὁμοφορεγνύειν τὴν δεῖνα, ἢ πάλιν τῷ δεῖνι μήρε εἶχεν ὁ Φελεῖαν  
τινα, ἢ παρ' ἐκείνῃς λόγῳ φερόντες, καὶ μέχρι τελευτῆς. Qvam-  
cunq; explicationem elegeris, id semper habebis, Serva-  
torem improbasse illa vota, quæ impedirent melius bonū  
de honorandis parentibus; atq; sic improbasse, ut diceret  
eius-

ejusmodi astorgos & nup̄ detrahere quasi divinæ legis ma-  
iestati & auctoritati. Hæc ut vero sunt veriora, ita falsum  
est, quod inde confidere laborant Romanenses votum de-  
conjugio ineundo esse melioris boni impeditivum. Quid?  
quod ipse cœlibatus præsertim in incontinenti sit maximi  
boni sæpè impeditivus salutis scilicet æternæ, cuius spem  
sibi, istus subinde, illo ipso suo nefario laqueo præcludit.  
Imò si verum est, quod jactare ausus est Salmeron in Epist.  
Pauli rom. 13. disp. 9. n. 36. majoribus periculis animæ obno-  
xios esse laicos, quam monachos: secularem vitam similem  
esse mari in quo laici magna tempestate navigant, religiosi  
contra in portum recepti tranquillè agunt, laici erunt in sta-  
tu perfectiori: cum major virtus sit, quæ circa magis ar-  
dua versatur.

§. 21. Altera quæstio est, an solum opus bonum inter-  
bitum (consilium) num præceptum quoque & debitum ca-  
dat sub votum? Beccan. de vot. qv. 4. §. 7. certum est, scri-  
bit, laudabiliter aliquid posse voveri Deo, ad quod præcepto  
naturali & positivo obstringimur, & per tale votum induci  
morum vinculum. Nam sicut creditor potest pluribus titu-  
lis se ad idem obstringere. Geminæ atque simillima habet  
Less. dub. 7. §. 46. quamquam §. 49. nolit vota præceptorum  
esse tam proprie vota, quam vota consiliorum. Zanch. l. 1.  
Tract. Theol. cap. 18. q. 1. in tert. præcept. negat hujusmodi  
promissiones proprie esse vota; fatetur esse veteris voti  
duntaxat renovationes.

§. 22. Nos, ea quæ anteā debentur proprie voveri  
posse, duobus exemplis comprobamus; quorum primum  
est Jacobi Patriarchæ. Erit mihi Jehova in Deum Gen.  
28. 20. Ut ei esset Jehova in Deum, præceptum fuit, ni-  
hilo.

( 24 ) : 80

Hilominus cadit sub votum confer de hoc *voto Luth.* tom.  
4. Jen. germ. pag. 157. Dices, per votum ex non debitor  
fieri debitorem E. quod vovit non prius debuit. Resp. 1.  
etiam ratione præcepti posse aliquem esse non debitorem,  
( non quidem quoad substantiam actus sed) quoad specie  
& circumstantias, e.g. præcepti de dandâ eleemosynâ de-  
bitores sumus, ut ædificemus nosodochium, fundemus  
collegium, dotemus pauperculam. 2. sumus debitores  
ad solvendum actum, sed non ad ligandam faciendi po-  
tentiam, ut debitor ad solutionem tenetur, non item ad  
juramentum de satisfaciendo,

§. 23. Alterum exemplum *Baptismus est*, votum o-  
mnium fidelium commune quo quis profitetur se renun-  
ciare Satanæ & adhærere Christo. Ad hoc, stante u-  
niversali Dei vocatione, omnes obligamur. Ergo datur  
aliquod votum præcepti negantibus Jesuitis *Less. dub. 6.*  
*Becan. q. 3. Soto l. 6. q. 2. art. 3.* hoc esse propriè votum, os ob-  
tundit *D. Petrus I. 3. 21.* cum baptismum vocat ἵπερωτημα,  
bonæ conscientiæ, ἵπερωτημα notat 1. demonstrationem seu  
ratiocinationem apud *Sext. Philos.* in *pyrrh.* l. 3. 13. ἀπὸ τῆς  
ἀυλῆς δυνάμεως καὶ τύπον ἐρωτῶν τὸν λόγον & *Cic. I. de fat.* Sic  
enim interrogant, si fatum tibi est, ex hoc morbo conva-  
lescere. 2. Examinationem & examinati probationem. 3. Per  
Metalepsin certam responsonem. Nihil enim usitatus,  
quam ἵπερωτηματικῶς proponi, quæ certò asseverare & re-  
spondere volumus *Gen. 13. 8. Ezech. 22. 2.* quo quidem sensu  
verbū Dei appellatur *Eccles. 33. 4. ἵπερωτημα δῆλον* *B. Luth.*  
sine flāre *Rede.* 4. Orationem & interpellationem activam  
quia interrogato dicere licet Abba pater, nunquid ego sum  
filius tuus? *Matth. 16. 1. cap. 15. 23.* 5. stipulationem & pactum  
reci-

206 : (25) : 20

reciprocum, responsionem, der Bund eines guten Ge-  
wissens / Luth. tanquam respexerit Apostolus ad interrogations catechistarum, quæ respectu baptizantium sunt  
interrogationes; respectu baptizatorum responsiones, cuius rei exemplum extat Act. 8,37. eundem ritum ex traditione illustrat Corn. à Lap. in h. l. h. à de causa cum scribat  
olim in baptismō fidem Christianam professuri in cœlum suscipiebant, ac manus dextræ in altum erigabant, exhibito jure jurando corām testibus: ac jusjurandum manu baptizati subscriptum, ejusq; annulo obsignatum in tabulas referebatur. Ita intellexere patres, qui baptismum σφεργίδα λαττιχεῖστον, iut Basil. ἀρογβόν, ἐπέχεγκη ἀπόδειξιν ut Oecum. pactum cum Deo initum, ut Greg. Nazianz. appellarunt. Repete, quid interrogatus sit, ait Ambros. l. de iis, qui myst. init. c. 2. recognosce, quid sp̄o ponderis, renunciasti diabolo & operibuse ejus, mundo & luxuriæ ejus ac voluptatibus: tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, sed in libro viventium. Has significationes omnes ad baptismum, qui applicaverit, nihil ille in fidei analogiam peccaverit. Placet tamen præ reliquis ultima, quæ ipsum baptismi actum exprimit, credis? credo, renuncias? renuncio. Quod est illud ipsum ἐρώτημα relativum, id est interrogatio cum response. Quæ verba cum non nudè afferant, sed etiam promittant aliquid Deo, votum constituunt. Datur igitur aliquod votum de præcepto jam ante debito, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

§. 24. Jam ad materiam voti Jephthæi ut redeamus continetur illud his verbis:

וְהִיא חִזְצָא אֲשֶׁר יֵצֵא מַחְלֹתִי בֵּיתִי לְקַרְאָתִי

D

E

Et erit egrediens, quod egressum fuerit ex foribus domus  
meae in occursum meum.

Tria h̄c perpendenda sunt τὸ τί? τὸ πότερον? τὸ διατί?  
Quod τὸ τί attinet, ellipsis agnovit vulgata & Vatablus:  
cum interposuere quicunque primus in Mascul. Quod-  
cunque primum in neutro Trem. Jun. Pisc. secuti Josephum  
I.s.c. πᾶν ὅτι καὶ πεπόνοι αὐτῷ &c. Recte id quidem. Nam  
aliás qvicqvid ē domo egressum fuisset, canis, asinus, pu-  
ellæ comites &c. macula fuissent. Id quod, optimus  
voti interpres, eventus, non admittit, confer *Martyr.* in  
h.l. Est igitur objectum voti τὸ primum egrediens,  
πότερον, indefinitum ac ut Logici loquuntur de sensu dis-  
junctivo explicandum, vel hoc, vel illud, vel istud &c.  
Τὸ πότερον? De ostiis, de foribus domus meæ, διάτερον? לִקְרָב  
intoccursum meum, non duntaxat brutum ac mutum, sed  
etiam gratulatorium, blandum, deliberatum, qvalis est eo-  
rum, qvī primam gratiam inrecepientur: sic enim haec  
vox accipitur Exod. 4, 14. 2. Reg. 5, 26. Genes. 19, 1. Prov. 7, 15.  
Adeoqve homines etiam, & implicitè filii sub voti sui  
generalitate complexus est. Id namqee ex judicio Jeph-  
ræ fuit objectum voti, qvod fuit objectum sacrificii.

§. 25. Cæterum fuit hoc votum conceptum Id est  
impossibili quatenus filiam non exclusit. Quam enim pa-  
triā potestate in Galli apud Jul. Cæs. l. 6. & Romanis non-  
nulli *Cassius*, *Fulvius*, *Horatius* freti lege quadam 12. Tabb.  
ad necem usque extenderunt:: quam sospitam revocari o-  
ptat Bodin. I i. de Republ. cap. 4. pessimo exemplo, eam  
dudum restrinxerunt πλάκων ιωσεως Deut. vi, 19. damnavit  
natura, cuius præscripto Judeus affectu occupatus esse non  
debet (cum hoc syssatore fieri non possit ut delictum adæ-  
que-

qvetur pænæ.) Is verò non potest non esse nimius in patre ad hoc extreimæ ultionis genus descendente. Denique ipsa lex civilis patriam potestatem in pietate, non atrocitate collocavit. Iulian. l. 2. ff. ad Corn. de Sicar. II. De re per se illicitâ, utpote ordinata ad seu parri - seu homicidium. Qvod adeò aversatus est in sacrificiis Φιλαίθεων. Deus, ut pro primogenitis premium, pro hominibus bestiam aliquam succedaneam maluerit. III. De re majoris boni imperativâ. Impedivit enim prolem è filiâ sperandam in fraudem promissionis divinæ Exod. 23, 26.

## FUNDAMENTUM VOTI JEPHTHÆI Ratione FORMÆ.

§. 26. Forma generalis est ipsum voti genus PROMISSIO, quâ distinguitur votum in Universum 1. A desideriis & optatis, quale illud est Matth. 21, 9. Hosanna filio Dei. 2. A precibus, quæ in latina lingvâ vota non raro nominantur. In græcâ, ait Bellarm. l. 2. de mon. cap. 14. non idem significant εὐχὴ & πρεσευχὴ illa notat votum, hæc orationem. Id verò si demonstraverimus perpetuò non obtinere, non parùm nostrâ intererit. Perpetuò non obtinet, quia Græci distingvunt inter εὐχὰς απλῶς & εὐπορεύας, quas Persius preces emaces vocat. Sat. 2. qvod per vota Diis quasi premium exauditionis rependatur conf. Caſaub. ad ill. loc. prima significatio reperitur Jac. 5. 15. Valet hæc observatio ad retundendam Jesuitarum cavillationē, quâ ex Euseb. l. 13. præpar. Evang. cap. 7. contendunt probare, jam olim vota sanctis nuncupare moris fuisse. Verba Eusebii hæc sunt: ὅτεν καὶ ἐπὶ τὰς θῆκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παρίσημος, καὶ λὰς εὐχὰς προεγένεται ποιεῖθαι. Hinc vota sanctis facta,

¶ Id quod in mente ē Eusebio nunquam venit: sed illud, ad sanctorum monumenta preces recitari solitas. Magis adaequatum nomen voti est ὑπόσχεσις παραγότος πόσχασθαι. Spopondisse; ὅτι ὑπόσχεσθαι. Θέλει τινὲς εἰπεῖν. III. *A nudo proposito.* Nam perfecta promissio proposto superaddit intentionem se obligandi & jus suum in alterum transferendi, adeoque similem effectum habet cum alienatione dominii. Ut verum amplius non sit, qvod l. Seneca habet l. 5. de benef. io. quæ lex ad præstandum nos, quod promisimus, obligat? Confer D. Chemnit. part. 3. Ex. Conc. cap. 8. p. 52. accuratè votum à proposito distinguentem, adde è Grot. l. 2. de jur. bell. & pac. cap. II. tres promissionum gradus. *Juris Canonici* hæc de re præsenti est sententia, quæ extat l. 3. decret. tit. 33. cap. 3. Cum ex quādam minutione nimio fuisses mortis pavore perterritus hæc verba protulisti. Non diu hic morabor, proponens in animo, quod religionis habitum aliquando esses suscepturus. Tibi igitur respondemus, si plus non est in voto processum transgressor judicari non poteris, si non impleas quod dixisti. IV. *A lege*, quæ invitum etiam imò & ignorantem obligat: quia (quæ ratio Beccanii est) cum quis inteliigit à Viro fide digno legem promulgatam esse, tunc sine dubio obligatur: at non obligatur vi verborum istius viri. Ergo vi promulgationis solenniter factæ. Obligatur igitur ante quam sciret. Promissio contra non nisi scientem ac volentem ligat.

§. 27. *Forma specifica*, à termino & fine petita est, quod sit promissio Deo facta (adeoque votiva) in holocaustum rei devotæ. Exprimitur illa his verbis:

וְיַהֲבֵן לִיהְבֶּה וְהַלְּזִתְיָהוּ עֹלָה

De :

De duobus plerique conveniunt 1. per nō Lajovah' notariū consecrationem aliquam Dōmino promissam. 2. per ve- haalitiā Olah ολοκαύτωσιν notari ac immolationem sa- crificialem; ut in illis parallelis Lev.14,20. Job.1,5. Deut.27, 6. Mich.6,4... De τυγχανίᾳ verborum sollicitē semper fuit disceptatum. Prima sententia eorum est, qui verba illa disjunctivē ac disparate intelligunt, ad eum modum, quō vertit Tremel. Erit Jebova; aut offeram illud holocaustum. Quam explicationem primus excogitasse fertur R. David Kimchivel potius ejus Pater Joseph. Pater meus Joseph, ait, enarrans hæc verba, dicit: Et, possum esse pro aut. Et erit Dōmino sanctitas, si non erit aptum ad holocausta, aut offeram illud holocaustum si erit aptum esse hoc, hoc quidem per sacrificium, illud vero per cœlibatum, Neziræatum, & seclusionem middarke haholam à viis seculi. In eandem sententiam pedibus quasi discessere Lyran. è nostris Brent. in h.l.p.m. 42. Lucas & Andreas Osiandri ille in Paraphrasi, hic in margine textus, è Calvinian. Drus. ad diff. loc. judic. p. m. 278. & plures alii. Secunda sententia eorum est, qui verba illa eadem copulativē ac subordinativē intelligunt, idque rursus vel in sensu conditionato erit illud animal Dōmino consecratum, & si tale futurum est, ut legitimè in holocaustum offerri possit, immolabitur, quæ Piscatoris glossa est. qq. in l. Jud. q. 64. vel in sensu absoluto, 1. γενέως Erit Dōmino. 2. εἰδικῶς καὶ ἐγνωτικῶς. Ita erit Dōmino ut immoletur in sacrificium. Subscribunt huic interpre- tationi è Rabbinis & Patribus illi omnes, qui mactatam fi- liam contendunt, quorum tota quasi nube chartam im- plevit Serrar. q. 16. E Pontificiis idem modo nominatus auctor q. 14. Less. dub. 5. §. 35. alii. E Calvinianis Petr. Mar-

— (30.) —

h̄r in h.l.p.141. Enostris post B.Luther. D.Baldwin. l.2.Cas.  
Conse.c.8.c.4. Juvat ipsa Lutheri verba ascribere, qvæ  
ille in marginem ad h.l.ascripsit, ad verba, wie er gelobet  
hatte. Man wil / er hab sie nicht geopffert. Aber der  
Text stehet da klar. So sihet man auch beyde an den  
Richtern und Königen / daß sie nach grossen Thaten  
haben auch grosse Thorheit begehen müssen/ zu verhü-  
ten den leidigen Hochmuth.

S. 28. Nos tertiam sententiam secuti, ut propriè  
vereqve inactatam filiam Jephæ contendimus, ita pro  
voto purè copulativè concepto his pugnatius argumentis  
I. Regulâ Logicorum, Analogum stat pro suo significato  
famosiori ac principaliori. Nunc famosior & principa-  
lior tu. Vay significatio est copulare, secundaria sejungere.  
Ergò illa hic nobis potior est. Si namqve ad significatio-  
nes secundarias veniendum, æqvè proclive fuerit ratioci-  
nativè ac disjunctivè exponere. Sæpè enim respondent  
Græcorum ὅτι vel γὰρ, q.d. Erit Domino (quia, nam) in  
holocaustum offeram. Exempla affert Drus.l.2. de liter.  
Moseheye cal.c.4. Esa.64,5. ~~וְתִדְרֹגָנִי~~ quia peccaveramus  
& Ps. 108,13. ~~וְנַיְשֵׁנָה~~ nam vanitas, confer. de iisd. lit. Jac.  
Ebert.cap.4. II. Naturâ Oppositionis. Nulla disjunctio  
habet locum inter genus & speciem. Ratio, quia nec ibi  
oppositio locum habet. Esse Domino & offerri victimam  
Domino, habent se ut genus & species. E. nulla debuit  
interponi disjunctio. Rursus. Omnis disjunctio mem-  
brum unum ponit, alterum tollit. Dicamus igitur, Jeph-  
ta τὸ egrediens erat aut consecratus. Ergò mactatu-  
rus, vel sed non mactatus, Ergò consecratus. Neu-  
trobique consequentia bona erit. Fateor non raro dis-  
jungi,

jungi, in quibus utrumque ponas licet e.g. Matth. 18,2. Ubi sunt duo aut tres &c. non sequitur Christus est praesens duobus Ergo non tribus. Sed in his hujusmodi non aut copulativum sensum habet, aut disjunctivum ex hypothesi, Christus est praesens duobus, si tres non sint congregati: vel tribus si non duo soli. Ut recte sequatur, Christus est praesens duobus, supposito quod plures non adsint. Ergo non tribus. Item Christus est praesens tribus supposito, quod non duo soli congregati sint, Ergo non duobus solis.

*III. Historia collatione.* Is sensus verior est, qui eo tempore quo scribebatur historia, fuit usitator. Sensus de voto ad immolationem fuit usitator sensu de voto coelitatus, immo hic fuit inusitatus & exemplis destituitur. Nam quae Romanenses pro se collegerunt, dudum radio veritatis dissipata sunt maxime ab Isaac Casaub. ad appar. ann. exerc. i.c. 22. & seqq.

*IV. Eventus consideratione.* Tale intelligitur votum, cuius i. executio gravissimo, & supra quam in heroe expectes, dolore Jephthaeum animum exulceravit v. 35. quod 2. ipse judicavit esse irrevocabile & incommutabile. ib. quod 3. ad anniversarium lessum puellas socias compulit, vers. 39.

Atqui verisimilius est hujusmodi votum extitisse de mactatione, quam de coelitatu aut alio aliquo sacro ministerio. Ergo. Nam I. ut dolorem senserit Jephtha ex atenias metu, tamen dolor tantus quantus hic describitur, nec in heroe maximo, nec in vitro fiduciæ divinæ pleno, quæ enim de suscipienda aliâ prole desperare non sinebat, præsumitur, emphaticè illum dolorem traxit. B. Luth. ad verb. wie heugest du mich / GOTT hat mich erhebt durch diesen Sieg / daß ich mein Haupt hoch und strotz

.36. : (32) : 80

llich aufrichtet. Aber du beugest mich / daß ich den Kopff muß niederschlagen mit grossen Herzschlägen / und solche hohe Freude zum tiefen Herzschlag fahren. Ille vero alter dolor quia est ē πενοδυτια summus etiam heroes percellit. Ut ut enim tam immanes fuerint non nulli Manlii & Mesez. Reg. 3,27. qui ē regibus aedificibus Popæ facti, ē parentibus victimarii, natos regno juvenes protuendo regno trucidaverunt (quoniam de hoc posteriori facto docti γνῶμην adhuc ταλαρίσουσι) ut oculi iis ad natorum funera non doluerint: fuere tamen Agamemnones & Hircani apud Joseph. l.i.bell.c.2.qvos τοις ονειροις citavit ad συμπαθεια.

*Quis Patrem nisi mentis inops infunere natæ  
stere vetet?*

Deinde vulgare votum esse non potuit, quod redimi non posse judicatum fuit, & fortassis illud ipsum anathematis seu cherem votum cuius mentio Lev. 27,28. Denique si superasset puella, quid opus fuisse lessu anniversario & febris qvibusdam denicalibus?

§.29. Quia verò adversam sententiam, qui tuentur non planè sunt inermes, ideo illorum quoque rationes nobis diluendæ sunt, de promtæ I. ex analogia similiū locorum, in qvibus τὸ Βαῦ disjunctivè necessariò exponendum Genes. 26,II. Exod. 1,10. Hag. 3,13. & quod evidentissimum Exod. 21,17. quem locum optimus interpres Matthæus disjunctivè reddidit cap. 15, 4. ὅπα κολογῶν πατιεց. η μητέρα θανάτῳ τελευτάτῳ. II. Ex ipsa voti declaratione v.39. fecit ei sicut voverat quæ ignorabat virum. Quæ declaratio ait Piscator qq. in Jud. q. 69. prorsus inepta esset si verbo executionis voti intelligenda esset oblatio filie in holocaustum. III

68

*Ex petitione puella, rogat illa moram duorum mensium, aut plangeret (non vitam, sed) virginitatem, v. 37. IV. Ex illo ipso duorum mensium interstitio. Intra quod tempus credibile est à Jephthā in consilium vocatum Phineam aut alium Sacerdotem, qui non permisisset hanc mactationem, sed explicasset legem de voto solvendo Deut. 23. v. 21. aut redimi illud posse, si esset votum simplex aut si Chrem ad hostes tantum pertinere. Atque hinc vero est simile holocaustis propria mutata in metaphoram.*

*V. Ex anniversariā confabulatione puellarum, quam ad rem iuperstitiē mansisse filiam oportuit. VI. Ex persone coventis sanctitate, à quā absit hoc scelus ut designarit.*

§. 30. Respondemus nos ad I. distinguendo inter Vav interpositum vel rebus subordinatis vel disparate oppositis: ibi disjunctivum habere sensum non potest, hic vero potest, loca adducta habent oppositionem Patris & Matris, Mariti & Ixorū, pulmenti & vini, adjungere se inimicis & pugnare. Nostro vero in textu Deo consecrare & immolare sunt οὐταλληλα. Ad II. i. non majorem esse ineptitudinem, quam v. 34. ad verba occursum filiae descriptio adjicitur, non habebat liberos alios. 2. non describi puellam à tempore futuro, in quam rem damnata sit sed à tempore præterito qualis fuerit cum mactaretur, in exaggerationem tragœdiæ. Ideo & Dn. D. Gerb. Præcept. honoratiss. tom. de Conjug. p. 807. scribit posse illa verba etiam verti in plusquamperfecto non cognoverat illa virum.

3. A non cognoscere virum ad votivum cælibatum non valere consequentiam. Siquidem rō non cognovit virum ponit actum non votum virginitatis, aut consuetudinem abstinendi à matrimonio, cuiusmodi locutio est cum de

E

abſie-

abstinentio dicere solemus non babit vinum, id est, naturam abhorret. Ad III. Respondet Petrus Martyr, illud argumentum speciem habere, non robur. Nam si lugenda mors est, certè tum magis cum acerba ei conditio adjungitur. Erat quidem puella certo quodam tempore moritura, sed quod sine liberis obiret, id ei durum admodum videbatur. Et Serrari. q. 16. cum dicitur virginitatem defuisse, quid aliud est, quam fuisse ei ipsa vita chariorem liberorum procreationem, mortem fuisse minus molestam quam orbitatem, eam tempestate quam sterilitas habita fuit. maledictio Exod. 23, 26. Deut. 7, 14. Gen. 30, 1. Sap. 3, 13. Nos breviter dicimus defletam esse virginitatem, sed non exclusivè. Ad IV. æquè credibile esse non consultum os Domini, quæ imprudenti etiam Josuam in transversum rapuit Jos. 9, 14. Nam si fuisse in consilium vocatum & commutatione quadam, propria holocaustis mutata in metaphoricam, male diceret textus, Jephthah fecisse votum suum sicut voraverat. Ad risum quam veritatem insignius est, quod ex R. David in l. rad. memorat. Drus. ad diff. loc. jud. p. 283. Non erat ibi Phinees ut laxaret votum ejus. Nam dixisset eius estimatione pecunia tu liberes. Dixit Phinees, ipse indiget mei, veniat ad me: Jephthah autem caput principum Israel, Ego ne ibo ad eum? In ista contentione periit puella & ambo ipsi puniti fuerunt, Jephthah, avulsione membrorum mortuus est, sicut dicitur, sepultus est in urbibus Galaad. A Phinees autem recessit Spir. S. sicut dicitur, & Phineas filius Eleazar sacerdos princeps fuerat super eos &c.

§. 31. Ad V. οεγαλιαναιτνα ειναι, ad lugendum am ad confabulandum exiverint puellæ sociæ? Demus Sixt. Amam. 3; anti-barb. p. 614. falsam esse υποθεσιν τον ληνοτατον αιθε-

. . . : ( 35. ) : . . .

à themate חַנְן ( unde חַנְן draco , cui in Scripturâ S. tribuitur vox flexibilis ) deduci , & assumamus quam ille porrigit radicem חַנְן , ei tamen plangendi significatio non male quadrabit , conspirante interpretum plerorumque harmoniâ , Chaldæus habet leallaah lebath. LXX. θρηνεῖν . Vatabl. plangant. Vulgatus & plangant. B. Luther. güt flagen / neq; vicq; reclamantibus Tremell. Ariæmontano, Piscatore. Confirmatur eadem interpretatio i. Ex suspectâ , quam substernit R. Kimchi hujus confabulationis auctor , hypotheseos consideratione , quasi segregata & seclusa alicubi fuerit miserrima virgo , quo singulis annis semel abiverint puellæ ad consolandum . Nam sic & immanior pater fuisset , quām voverat , & imprudentior quām debuerat : Voverit enim virginitatem ; num aut opus fuit , ut seorsim extra urbem habitaret ? aut tuta satis à venere esse potuit ab oculis paternis remotissima ? 2. Ex vestigiis idololatricis in Samaritanis longo post tempore residuis planctus testibus , de qvibus hæc reliquit Epiphan. hær. 55. ἐν δὲ τῇ σεβαστῇ , τῇ πωλὲ σαμαρείᾳ καλυψένη τὴν Θυγατέρα . Ιεφθάς Θεοποιήσαντες , ἔτεταύτην τελετὴν κατ' ἔτος ἀγαστην . Οὐδὲ λελέπη sacrificium est , eodem interprete , hæres. 78. ἐν σικίμοις , τῷτοι ἀγίνιν ἐν τῇ γηνὶ νεαπόλει θυσίας οἱ ἐπιχώρειοι τελέσιν εἰς οὐρανὸν μετέχογης . Ab hâc origine profectum esse planctum Adonis , conjicere licet ex iis , qvæ de illo prodidere Lucian . 1. de Syria Deâ Jul. Firmic. l. de prof. error. c. 2. 8. 28. Cujus parentale carmen impurissimus ille veneris aquariolus & quasi proxeneta Ovidius , hunc in modum expressit l. II. Metam.

-- -- luctus monumenta manebunt  
Semper , Adoni , mei : repetitaq; mortis imago

E 2

annua

*Annuā plangoris peraget simulamīn nostrī.*

¶; Ex ipsā contrariæ explicationis acceptatione. Vox *Thanah* notat formaliter, donare, mercede conducere, ut notat Pagnin. in Lexic. at verò hanc significationem à quē aptaveris ad donativa lugubria, ac paracletica.

§. 31. Dices i. τὸ *Thanah* significare narrationem Jud. 5. II. 2. si lugendi significationem haberet debuisse construi cum Λ aut ΤΝ, sequi verò ἢ ante nomen filiæ contra Syntaxin. Ita *Pisc.* in schol. hujus loc. Respondeo ad prim. I. à sensu alicujus vocis materiali uno ad materialem alterum non valere consequentiam: non sequi; Petrus ποιησάτε. Ergò est ποιητοῦ λαῶν ut ille homericus. Ei claves dātæ sunt. Ergò ius dominii. 2. in loco *Judicum* τὸ Ιητόν posse etiam à Natan deduci. Sic enim exposuere LXX. ικεὶ δώσγει δικαιούρας, ibi dentur justitiæ Domino, scilicet narrando ac depraedicando. Largiamur autem significari ibi lātam narrationem, tamen hoc in loco eadem significatio non obtinet. Venerint enim pueræ ad consolandum, certè, præsertim in sexu illo, sine lacrymis id fieri vix potuit, cum παράληπτος presupponat συμπαθειαν. Ad II. τὸ Λαπέponi pro ΤΝ ut 2. Sam. 3. 30. Jer. 40. 2. ut annotavit Drus. I. 2. de lit. moscev. p. 38. Et si fastidias hanc responsonem, nihil absurdum esse, si dicamus in Dativo, venisse ad plangendum filiæ Jephthæ, id est, in gratiam ac honorem filiæ Jephthæ.

§. 32. Ad VI. non esse sanctorum retegendā verenda, sed nec pallianda vitia sunt, qui Jephtham peccasse νονendo censem, non reddendo. Ambros. I. 3. off. c. 12. sunt qui reddendo non νονendo; Nos Tertulliano I. 3. contra Marcion. cap. 4. subscribimus, peccasse & νονendo & reddendo.

*Piscat.*

Piscatoris adhuc glossa supereft de subintellecta conditione, si res occurrens sit idonea immolari: quam ex naturâ promissionis subintelligi debuisse fateamur. Sic namque à promissione non juratâ differt jurata, qvod illa jus quidem concedat, sed sæpè conditionem involvat, quam negotii natura aperte requirit: Juramentum omnem etiam conditionem excludat, ut colligunt nonnulli ex Heb. 6, 17. Nobis autem vero simile non videtur, subintellectam à Jephþā fuisse illam conditionem. Quid enim erat cur se tantopere cruciaret ob occursum filiæ, si sciret redimi eam potuisse animali mundo quovis alio. In fide quid senseris non quid dixeris cogitandum esse, monet Cicero: sed cum interni actus per se non sint aspectabiles, per ansas verborum, conjecturarum, ac signorum illæ nobis apprehendendæ sunt: Tot autem illa contra Piscatorem militant, qvot ipsam αὐθεντοδυσίαν probant, ut sunt, 1. historia illius temporis, quæ perpetuæ virginitatis votū ignorat. 2. Dolor Jephþæus. 3. Judicium Jephþæ de irrevocabilitate voti. 4. Iessus parentalis sociarum, 5. Vestigia i-dololatrica in Samaritanis residua.

S. 33. Ad FORMAM hujus voti pertinent etiam ejusdem qualitates. Fuit illud 1. Ratione modi conditionatum possibilitatis, ut loquuntur J. C. t. casualis: si tradendo tradideris Ammonitas in manum meam &c. id est, si omnino vel certissime tradideris, juxta regulam hebræorum, qvæ finitum verbum regit suum infinitum ad majorē certitudinem & evidentiam exprimendam. 2. Ratione a-Et us ipsius fuit votū viciosum, retractabile & per ἀδεσμόντος declarationem & per vinculi obligatorii tanquam iniqvit relaxationem. Dicere debuisset Jephþah ad occursū filiæ,

Non ego sum damna, errores hostibus illos!  
 Ut juris æterni, ita & Canonici hæ regula sunt c. si publicis  
 22. qv. 4. ex Concil. Tolet. 8. cap. 2. Tolerabilius est stultæ  
 promissionis vota rejicere, quām per inutileum promissorum  
 custodiam exhorrendam criminum implere mensuram. c. in  
 malis caus. Et qq. ex Isidor. quod incantè vovisti ne facias e  
 diffinitio ex concil. Elibert. c. i. diffinitio incauta laudabiliter  
 solvenda est, nec est prævaricatio, sed temeritatis emendatio.  
 c. unusquisque ex Ambros. melius est non vovere, quām vove  
 re id, quod sibi is cui promittitur, nolit exolvi. Non semper  
 igitur promissa solvenda sunt omnia.

§. 34. Nullum illud votum fuit 1. Ex parte acceptan  
 tis, quia Deo gratum esse non potuit, quod in ejus legem  
 impegit §. 8. 2. Ex parte cause efficientis profectum ex non  
 plenâ deliberatione §. 15. & 17. 3. Ratione materiæ, quia  
 conceptum de re impossibili, illicitâ, melioris boni suf  
 flaminativa §. 25. 4. Ratione formæ, quia imprudenter ac  
 indiscretè editum, tūm quia conditionem non subintelle  
 xit, quām ipsius promissionis ratio subintelligi reqvirebat  
 §. 32. tūm quia sub confusâ generalitate vovit. Sunt enim  
 nonnulla, ut Thomas scribit 2. 2. qu. 88. que non solum genere  
 suo bona sunt, sed et in omnem eventum qualia sunt virtutis  
 opera. Aliaverò non solum mala in genere, sed et in omni  
 casu, veluti illa, que sunt genere suo mala. Quorum ideo  
 priora tutò quisque absolute vovere potest: posteriora verò  
 nullo pacto. Sed et alia præterea sunt, que et si genero suo  
 sint bona, et secundum hoc legitima voti materia, possunt ta  
 men in eventum exire sinistrum: tale fuit illud, quod Jepheth  
 vovit. Fuit illud votum genere suo bonum ut pote immolare  
 Deo.

Deo. Veruntamen quoniam immolationis materia ab ipso non fuit præfinita, sed dixit, quicunque primus fuerit egredius de foribus domus meæ eum holocaustum offeram Domino, votum prudenti caruit discretione. Et similia sunt indiscreta vota, cum sub notâ Universalitatis proponuntur, ut, poveo qvicquid à me pauper petierit, porrigeret. Nam forsitan à te gladium petet ad patrandum homicidium, vel aliud quod targiri non decet. Ea propter hujusmodi vota in illis eventibus, quæ jure naturæ licita non sunt neutiquam obligant, hactenus ille.

## FUNDAMENTUM ratione FINIS.

*Felix* fuit contra Ammonitas in prælio successus. Hujusmodi vota militaria passim apud sacros & profanos auctores legas. Num. 21.2. adde Serrar. q. 13. & Rosin. l. 5. Antiquit. c. 22. Non insuper hic habendum votum *Clodovæi Francorum regis*, qui cum averso numine contrà Alemanos primùm pugnasset, post sublatis in cœlum oculis Christianum se futurum vovit, si victoriâ potiretur: qvâ imperatâ ad vocato Remigio Christo nomen dedit, atque Episcopo jam nominato hanc accepit admonitionem. Adora quod incendisti, incende, qyod adorasti. *D. Papp. biss. ecclæs. p. 59.*

F I N I S.

## Corollarium.

Verone sit consentaneum, qvod argutatur  
Petr. Cunæus l. 3. de Rep. Hebr. c. 3. Melchisedechum Gen. 14. fuisse ipsum filium Dei? Neg..

**P**ublica dum nostri per pulpita Clara Lycei  
De Jephæ voto differuisse juvat:  
**H**orrenda Exempli facies offertur iniqui.  
E voto temerè filia cæsa jacet:  
Abiere quām præstat casā indigitarier, ipsum  
Que contra adsurgens audet abire polum,  
Antichristi abies hac est, qua pessima mandat  
Vota Dei verbo, vota inimica Deo:  
**Q**ueis animas Pharaon pol longè sæviūs iste  
Mactat, quam Jephæ filia cæsa fuit.  
Jephæ vovens præeps' votum, imprudenter adimplens  
Nequiter at cogit Papa vovere malum:  
Papa vovere malum cogit, quod jussa Jehovæ  
Quod natura hominis, quod ratioq; vetat:  
Jussa Dei invertit, male pervertitq;: Jehovæ  
Casta & inops mens ac obsequiosa placet;  
Sed recto sensu: nam nubere castius igne  
Incesto, mala qui vel Sodomea fôvet:  
Id quod Romulidum testantur lustra nefanda.  
Queis immersa scater pleraque rasa cohors:  
Prætulit Ergo Sacer merito pia jura Lutherus  
Conjugii casti, jussa sequendo Dei:  
Sic cum Mose etiam gazis & honoribus amplis  
Ægypti sanctam pauperiem ante tulit:  
Sic quoque bisseris cum Christi fratribus omni  
Divinum humano prætulit obsequium.  
Hac tibi mens badem, Claro cum Præside, Docte  
Schæveni, siliquis sunt ea pisa tuis:  
Hecce pio promis docte in certamine, scite  
Hec in suggestu promere pisa vales.

J.G.B.

F I N I S.

Coll. disc. A. 24, misc. 14